



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...**

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

**Bartoli, Daniello**

**Lvgdvni, 1670**

3. Falsa praesidentia, de stabilitate PP. in Sinis.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10757**

Cataneus septemdecim in lingua positis, & apud Mandarinos dictio-  
nis laude florens Vagnonius, & alij, sacramque baptismi formulam  
Sinensi conceptam scriptaque vernaculo, Literatis Sinensis dede-  
re retractandam, pridem Christianis, fideique Mysteria & lingua  
aperte callentibus, quam cum ijs probassent, pro legitima dem-  
cepis habendam Patres statuerunt, Christianisque omnibus promu-  
gandam, ut incidentibus necessitatum articulis ea vterintur, infi-  
tibus maximè in extremo periculo tingendis, quod simulato motu  
remedio non pauci factitabant, Hæc & alia in rem Christianam den.  
Patres consulunt adest citatus Pechino nuncius profecitionem Longo-  
bardi vehementer urgens, quare assumptis secum Feliciano de Syria  
& fratribus duobus Sinensis, Trigaultio Nanchini reliquo quam-  
mùm itineri se dedit, missis priùs Hanceum qui stationem in ea me-  
tropoli locarent (de cuius progressu postea) nam variis vrbibus, do-  
ni eiusdem desiderium testatis, fieri satis non potuit, ob penum-  
operatum, & temporarij commeatus; quo Sciaocci quoque, re-  
propius licet Miao distante, sic egabant ut dies hebdomadæ, si  
non nisi orizæ aqua mactatae dementio vescerentur; paucillum bube-  
line diu dominico adderent, quam nec bubulci, neque mancipia &  
gnantur attingere; carnibus aliis præ summa inopia abstinerent qua-  
quam & multis, & pretio vilibus: mulcebat has aruminas Apostoli-  
ci ministerij tolerantia comes, & character, maximèque fiducia le-  
talis quæ Longobardus vbiique securos fecerat nihil esse nostris in po-  
sterum ab exitio metuendum: nostros vsu eductos tempestes exi-  
PP. in Sinis. aut frangere; conciliatam iis à Riccio doctrinatum omnium praefi-  
tim Mattheeos famam, & amicitias potentes omnium Præsidum; co-  
optatos a Rege in urbem Regiam, ipsosque analæ domesticos ex no-  
stris quatuor; instarque omnium tam diu nos esse in regno versatos,  
ut Sinis per leges non liceret ex eo nos pellere ne (quod ipsi ha-  
lege cautum voluerunt) per nos Regni arcana, per nostros sequan-  
regnum proderetur. Hæc Longobardus apud se, & ad nostros; hæc  
Trigaultius etiam in Europa, hæc alij, quam ardenter optantes tan-  
facile creduli, haud quidem ut Ricciū carperent eiusque suspensio  
perpetuò timores, verum ut illos iam partæ fiducia stabilitatis en-  
darent: at enim Ricciū sapientius timuisse, quam isti iure confide-  
rent quinquennio post nimium patuit, cum pulsi extra Sinas, Malac-  
æ græ conditimus, quam calamitatem consciuit Patrium qui Nanchi-  
ni degebant confidentia hæc, libertasque in vsu Christianæ pietatis  
animosior quam cauta; & demum (contra quam semper inculcauerunt  
Riccius) quod perperam cederent, non esse in potestate Mandarini  
etiam offensi, nos regno extrudere; id vero grandi suo malo, expe-  
ri sunt quam falso crederent.

Quod autem nostros in Mathematicis exquisita peritia, Reipublice  
necessarios suaderet, hoc seculi huius anno undecimo potissimum  
clatavit.

<sup>2.</sup>  
Viatus dif-  
fic.

<sup>3.</sup>  
Falsa pæfi-  
dencia, de  
stabilitate  
PP. in Sinis.

claruit, magno quidem exinde sed breui compendio, inciderat Lunæ defectio in anni præteriti medium Decembrem; horum momenta defectum, vtraque in aula Regis Astrologi pro officij fide sic obseruant, vi si de summa imperij agatur, quæ quisque momenta laboratur sy-  
detis, & restituendi notauerit, eorum Princeps in vnam eliquat cer-  
te prædictionis sententiam, quæ ad Regem defertur, moxque ab Re-  
ge velocibus nuntiis omnes Prouincia in expectationem vaticinij in-  
genitis arriguntur, cuius illis dies, hora, & articuli, editis literis asse-  
tantur: hora media illo anno errabant Astrologi (quæ apud Sinas ho-  
ra est solida, qui diem horarum nostrarum viginti quatuor, in horas  
suas duodecim colligunt) grauis inde in Regnum offendio, indignatio  
omnium aduersus Astrologos, & decreta in miseros ab Rege ertotis  
pena, illi in præsens solliciti, in posterum prouidi, apud eum demissè  
expulstant, alienam se culpam luere; errorem hunc esse Astronomia  
Sinensis, & Calendarij abaci, non suum; nunquam fore certa & ra-  
ta prognostica, ex vacillanti, & falso canone, cuius calculo minutum  
diligenterque instituissent; iuberet illum Rex corrigi, ut certæ de cœ-  
tero prædictiones ex eo ederentur. Hic animi omnium ad Patres versi;  
rogant à tribunali rituum correctioni manum admouere, Calendarias  
tabulas emendare, & nostros de Astrologia codices sinicè reddere. Læ-  
ti occasione lata Patres Religionis promouendæ, liberè respondent, se  
quidem Sinas nec eo consilio per infinita quæsisse discrimina, vt eas  
scientias traderent, quæ nihil aut parum ad salutem animi faciunt; nec  
eas didicisse, nisi ad oblectamentum ingenij, quod interponerent inter-  
dum serijs: propositi sui & votorum fuisse summam ut cognitione veri  
Dei Sinas imbucent, eiusque legis sanctissimæ, cuius accurata obser-  
uatione homines in eam euaderent ad quam conditi sunt beatitatem  
sempiternam; Regis tamen in se beneficentia singulare debere omnia;  
eiusque tribunalis humanissimæ comitati; correctionem tabularum ul-  
trò fuisse, & incubituros in eam accuturatione tam strenua quanti-  
ta esset apud Regem, qui sua illam inter grauissima regni negotia di-  
gnatus esset commendatione. Placuit Magistratui responsum, Præses  
libello ad Regem retulit, Patresque ad hoc nominauit qui Pechini le-  
gebant, adiuncta clausula qua illis fas erat alios accire; ac ne qua vslus  
Sinensis ignoratione fallerentur, Doctores Paulum, & Leonem, adiu-  
tores operis acceperunt. Cum his Sabbatinus de Viris Calendarij Si-  
nensis digestos canones cœpit retexere; & Principi Mathematicorum  
commentationem tradere maiorum Planetarum, quam ad mensem per-  
duxit huius anni 1611. Aprilē, quod à me non frustra hic notatur  
ad refellendos, qui malè prædictum deliquium, solis fuisse non lunæ  
scripserunt, cum solis tunc esse nequivierit.

Suscepit magnopere Sabbatinus Sinensium veterum solers ingenium  
qui nulla sistematica figurazione, & varietate factorum circulorum  
quibus luminarium maiorum motus erraticos æquabili regula fixaque

4.  
Calend. Si-  
nensis emen-  
datio noctis  
à Rege com-  
missa & curt

R r